

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno CCCXIV. ad annum CCCXLVI.

**Parisiis, 1644**

De ratione & modo recipiendi redeentes post lapsum a fide, & recipiendi  
relapsos, & de adductis in periculum mortis ex infirmitate ante completam  
poenitentiam, & de conualescentibus. Capvt XIX.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15072**

C A P V T X V I I I .

Can. Nic. 8.  
Innoc. in  
eadem epif.  
explanat  
hunc Can.

Si qui ex iis qui se Catharos vocant, se humiliauerint, & ad ecclesiam accedere voluerint, oportet, ut qui ex illis erant ordinati, remaneant in clero. oportet præterea ante omnia profiteri per scripturam, quod assentientur, & sequentur dogmata catholicæ, id est, quod communicarunt cum pœnitentibus & cum digamis, & cum iis qui in persecuzione lapsi sunt a fide, in quibus est constitutum tempus; ut sequantur omnia ecclesiæ catholicæ dogmata. itaque ubi omnes reperientur siue in ciuitatibus, siue in villis ipsi soli ordinati, reperti in clero, erunt in eodem gradu. Sed si fuerit in ciuitate, aut villa episcopus, aut presbyter ecclesiæ catholicæ; & ibi aliqui ex Catharis accedant ad ecclesiam, debet episcopus catholicus habere dignitatem episcopi: & ille qui vocabatur episcopus ecclesiæ catholicæ, voluerit honorare eum nomine episcopi. quod si hoc ei non placeat, excogitabit ei locum chorepiscopi, aut presbyteri, ut omnino videatur esse in clero, ne sint in ciuitate duo episcopi.

De ratione & modo recipiendi redeuentes post lapsum a fide, & recipiendi relapsos, & de adductis in periculum mortis ex infirmitate ante completam pœnitentiam, & de conualefcientibus.

C A P V T X I X .

Nic. 12. &  
13.  
Hic Canon  
multo ex-  
plicator est  
quæ Græc.

Si qui ex iis qui sine violentia & periculo negauerunt, & sine illis tribulationibus quas passi sunt fideles Christi a regibus, & principibus, &

ANNO CHRISTI 325 gentilibus, perfecte & recto corde voluerint ad fidem redire, recipiendi sunt. sed oportet, vt cum fidelibus communione non habeant, donec pœnitentia in Lat. ex  
Arab.  
Hinc Arel.  
2. c. 10. Va-  
lent. Galliæ  
c. 3. Inno. 1.  
epif. 24. c. 5.

niteat eos, & tribus annis pœnitentiam inter audientes agant, & inter pœnitentes annis septem: postea poterunt intrare in ecclesiam ad orandum cum populo tempore sacrificii duobus annis, sed debent abstinere a communione corporis Domini. Quod si hoc tempore pœnitentia ad vomitum redeant, & rursus agnoscant peccatum suum, debent agere pœnitentiam annis decem, post tres annos peractos inter audientes. Post hæc autem omnia oportet examinare propositum eorum, & modum pœnitentia. Qui enim cum timore Dei, & lacrymis, ac patientia, & bonis operibus conuersationem opere & non simulatione ostendunt, post impletum tempus constitutum manendi inter audientes, merito communicabunt cum aliis fidelibus in oratione, licebitque episcopo aliquid benignius de eis decernere. Qui autem negligenter se gesserunt, & simulationem ingrediendi in ecclesiam sufficere sibi ad conuersationem putauerunt; omnino isti tempus pœnitentia a nobis constitutum impleant. Sed si quis istorum ad mortem, dum in pœnitentia est, peruerterit, non est priuandus sacra communione, quæ est viaticum vitæ, si eam petierit. Quod si post orationem & communionem ex infirmitate, in qua erat, conualuerit, communicabit postea in oratione tantum cum fidelibus, & non accipiet communionem sacram; adhibeturque diligentia, vt cuicunque proximo

K k iij

morti sacramenta , si petierit , ministrentur ; idque <sup>ANNO  
CHRISTI  
325</sup>  
cum episcopus diligenter inquisierit , an dignus sit ,  
quia non licet vt priuemus eos sacramento com-  
munionis.

*De vitanda conuersatione cum maleficiis & diuinis ; & de eorum , qui non vitauerunt , pœnitentia .*

### CAPVT XX.

Nemo fidelium conuersetur cum maleficiis &  
Faciūt cum  
hoc Cano-  
ne multa, c.  
26. q. 5. diuinis ; & qui hoc fecerit , & eos interrogauerit ,  
eorumve dicta approbauerit , in domumque eo-  
rum intrauerit , aut in suam eos receperit , & eo-  
rum cibis & potionibus vsus fuerit , si sacerdos est ,  
mouendus est suo gradu , ac fidelium communio-  
ne & ingressu ecclesiae , communioneque sacra  
prohibendus. Si vero fuerit laicus , prohibendus  
est ecclesia. Quod si ad agendum pœnitentiam ve-  
nerint , agenda est eis pœnitentia annis viginti ,  
quo tempore pane tantum & sale vesci debent , &  
a vino abstinent , aqua contenti , vt sic castigati non  
redeant.

*De incestis nuptiis contra legem spiritualis cognationis , & de  
pœnitentia eorum qui sunt in eiusmodi nuptiis .*

### CAPVT XXI.

Nemo fidelium cum patre aut matre spiritua-  
Hinc exitit  
Can. 53. sex-  
ta Synodi  
in Trul. &  
Magunt. c.  
53. &c. per-  
uenit, 30. q.  
1. li matrimonium contrahat , id est , non cum patri-  
nis , aut matrinis : & qui hoc commiserit , habeatur  
tamquam ethnicus , quousque separetur ; & spatio  
viginti annorum pœnitentiam agat , decem annis  
non intrabit in ecclesiam , & abstinebit a commu-  
nione fidelium ; alteris decem licebit intrare in ec-